



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Desiderio alio episcopo et martyre. Cap[itulum]. xxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Sanctus *ho* desiderius sepultus est lingonis miraculis clarens. Inter q̄ si quis intra ecclesie sue sepra falso iurare scienter nititur: ecclesie mox ultione punitur. Passus est autem decimo kalendas iunii.

De sancto Desiderio alio episcopo et martyre. Cap. xxxij.

Desiderius episcopus lugdunensis. cuius vita celebris mirabilibus fultur: passus est in eodem territorio lugdunensi. villa p̄stina no: cuius corpus modo sepultum veneratur in ecclesia viennensi. festus eius ibidem. x. kalen. iunii. recollitur.

De sancto Theopompo episcopo et martyre. Cap. xxxij.

Theopompus episcopus nicomedie. in eadem ciuitate passus est cum quidam senex sub diocletiano augusto: qui primo anno imperii sui illuc accedens iussus fieri statuas ex auro apollinis et artemidis: et eas in templo productas a cunctis adorari. Cum theopompus episcopus ad phanum educus simulacra adorare nolisset: missus est in clibanum ignis: in quo die et nocte illesus permansit. Nocte vero inde exiens luce celesti pulsa ad palatium diocletiani deuenit: oibusque ianuis reuerentis diuinitus: usque ad lectum suum accessit: seque uictore prestans ad clibanum rediit. In cuius medio mane psallens et oratione inustus repressus est. Quod dum imperator magis ipsi ascriberet ut expiret canem in furnum mitti fecit: qui subito incensus est. Post hec theopompus diebus xxxij. in carcere sine ullo cibo detinetur: sed a domino confortatur vultu hilariter deponit. Tunc iussu imperatoris oculi sibi dexter effodit: sed ipso ad carcerem redeunte sibi a domino restituit. Quod dum diocletianus iterum artibus magicis deputaret: accersito ad se quodam egyptio magistro mago theona nomine induxit eum ad episcopus suis prestigis occidendum: voluit tamen primo arte eius videre. Qui taurum ferocissimum ad se ductum dicit aure ipsius aliquid verba dixisset: subito in duas partes discerpit: qui in lance poterat equaliter pensauerunt. Tunc magus theopompo obtulit spirulas farinulas artis magicę: et venenum in calice demonis plenum. Et cum ille hec omnia sine lesione gustasset: magus conuertit: et cum eo carceri tradit: ab eodem baptizatur. Nomenque sibi senex imponit: inde sanctus educitur et in terram superius extensus atque ad stipites ligatus lapis magnus: vix ab octo viris portatus: venter eius supponit: sed eleuatus lapsus a seipso ultra xv. cubitos diuinitus perficit. Dehinc in eminenti suspensus pedibus: capite deorsum saxo in gremio ad eius cervicem alligato: fune quo tenebatur percussus: ut raptim tractus ad terram diriperet: sine ulla lesione in pe-

disbus stetit. Nouissime autem decollatus est. Senexius vero in defesso terre positus: humoque operis equis supinductis ut calcibus terra premeretur: migravit ad christum. Quorum corpora nicomedie in eodem tumulto sepulta sunt. x. kalen. iunii.

De sancto Anaem discipulo. Cap. xxxij.

Anaem discipulus herodis tetrarche collactaneus fuit. De quo scribitur Act. xiiij. c. Dic fidei catholice doctor et propheta sub gratia noui testamenti apud antiochia in christo genuit. ix. kal. iunii: ut dicit Hieronymus in martyrologio sancto: De sancta Johana uxor ephuse discipula. Cap. xxxij.

Johanna discipula de qua commemorat Luc. viij. ca. que cum tribus maritis circa sepulchras domini legitur fuisse sollicita. Hec fuit uxor ephuse procuratoris herodis antioche: qui fuit tetrarcha galilee: et hec post ascensionem domini cum discipulis fuit: eiusque sedule ministravit: et apud hierosolimam in pace quiescit. ix. kalen. iunii: ut dicit Hieronymus ubi supra.

De sancto Seruulo martyre. Cap. xxxvi.

Seruulus martyr passus est temporibus numerant imperatoris in ciuitate tergestina sub iunio phide. Qui nobilibus eiusdem uerbis parentibus christiana ortus: patre videlicet Eulogio: matre clementia: ab annis puerilibus in fide doctrine deo seruus ecclesias frequenter et in oratione persistebat. Et cum annorum esset xiiij. exiens ciuitatem in spelunca anno uno et mensibus ix. latuit heremica vita ducens. Deinde celestivoce admonitus ut parentes reuiceret: qui cum uerbis perquirebant: ad ciuitatem deuenit: medioque itinere mire magnitudinis serpentem inuenit. Quem primo quidem videns expauit: postea autem confusus in christo signum crucis edidit: et exuffauit in serpentem. Statimque coluber per medium crepuit: ueniensque ad parietes letatim susceptus eis circumque sibi conigerat enarrauit. Post dies modicos eulogius mortuus est: et seruulus cum matre uidua morabatur: et inra cultis conuocabat. Et filius cuiusdam ciuis a demonio vexabatur clamante demone per os pueri: quod si puer ad seruulum duceretur: statim immundus ab eo spiritus eiecisset. Quem cum dudum requisissent: parentes puerum ad seruulum deduxerunt: et que demonisterat narrauerunt. Statimque spiritus puerum elidens cepit dentibus fremere: et spiritus ipse diutius agitare. Seruulus vero inuocato nomine trinitatis immundum confestim spiritum ab eo eiecisset: et ipsum cum parentibus ad christum conuertit.